







19

2

3

3

4

5

6

7

7

8



1715.

- 1<sup>o</sup> <sup>E</sup>Wastineller, Goth. Christ.: De vite virginis, a marito  
vs Liabae, non prostante. 2empl.
2. Brenselius, Adamus: De febre querquera.
- 3<sup>a</sup> <sup>G</sup>Gubner  
3<sup>b</sup> Gubner, Mich. Henr.: De palatinatu Thuringiae
4. <sup>a b</sup>Gubner, Mich. Henr.: De iure incerto ex Ratio Legum,  
quibus abitur, auctoritate oritur.
5. Gubner, Mich. Henr.: De his, quae ex iure protestationis  
matrimonialis ad reliquos sacramenti perperam  
reformatur
6. Gubner, Mich. Henr.: De iuribus Palatinatu Saxoniae  
vici Electori propriis
7. Gubner, Mich. Henr.: De praesudicio principum ex  
abon juris Thuringiae
- 7<sup>a</sup> <sup>H</sup>Hilfinger, Hydm. Guelm. De foro clerici delinquentis. Ra. 1755
8. Hornius, Casp. Henricus: De privilegiis iur. St. Sax.  
posuerum causarum circa usuras in concursu cred.  
Forma

9. Fanus, Fr. Guil.: De viris eruditiss. Gedeon ortis.
10. Fanus, Fr. Guil.: De cenob. Romanorum & S.
11. Fanus, Fr. Guil.: De Bavaria Francis subiecta
12. Krausenitker, Carl Fuder: De inaequalitate  
hominum.
13. Lyserus, Polycarpus: De vita et scriptis Homini  
Bonifacii
14. Lyserus, Polycarpus: De genuina historia Literaria
15. Mander, Gotfrid. Lud.: De usu forensi Scti. Mace.  
Ioviani in Germania
16. Wagnerus, Gotfrid.: De eruditiss. multoties.
17. Wagner, Gotfridus: Eruditiss. multoties.
- 17<sup>a</sup>. Weidler, Fr. Frederic.: De fanaticis Judaicis.
- 18<sup>a</sup>. Wender, Fr. Balther: De jure repressibilium  
inter principes imperii. 2 Venti. 1718. Recens  
1748.
19. Wender, Fr. Balther: De laboribus facultatum  
in eligendis vitae genere, liberis permittendis

20. Wenker, Fr. Bellmer: *Plectrogonia*.

1. Die ...  
2. Die ...  
3. Die ...  
4. Die ...  
5. Die ...  
6. Die ...  
7. Die ...  
8. Die ...  
9. Die ...  
10. Die ...  
11. Die ...  
12. Die ...  
13. Die ...  
14. Die ...  
15. Die ...  
16. Die ...  
17. Die ...  
18. Die ...  
19. Die ...  
20. Die ...





DISSERTATIO IVRIDICA  
DE

2  
DOTE VIRGINI  
A MARITO VITIATAE  
NON PRAESTANDA

Q V A M

DEO T. O. M. ADNVENTE

P R A E S I D E

171  
96  
GEBHARDO CHRISTIANO  
BASTINELLER

I. V. D. PAND. PROFESS. PVBL. CVRIAE PROVINC.  
SCABINAT. ELECT. SAX. ET FACVLT. IVRID.  
ADSESSORE

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

D. XX. DECEMBR. A. R. S. MDCCXV.

H. L. Q. C.

PVBLICE DEFENDET

EIDE PEKE VVOLLERS

VVRSAT. BREMENSIS.

---

V I T E M B E R G A E  
EX OFFICINA SCHEFFLERIANA

Recusa 1742.

(5)





DISSERTATIO IURIDICA,  
DE  
DOTE VIRGINI, A MARITO  
VITIATAE, NON PRAESTANDA.

§. I.



Prandum quidem omni tempore fuit, *Opinio de*  
vt vxorem quaerentes non ejus *opes, virginis, a*  
& pondus auri, quod adferrent, & *marito vi-*  
pecuniam, quam *arcas onerarent, in-*  
tuerentur, sed, *morum & gene-*  
ris & formae rationem habita, *vir-*  
*ritatem* in deligendo sequerentur; *vir-*  
percontarentur, an nuptias *suas* flagitaret, an pluris *factura*  
esset omnium hominum *neminem*, verum abjecti an magni  
animi esset, an posset, si quid viro acciderit *mali*, vna cum  
ipso illud tolerare; ac memores essent, quod vxores *diuites*  
exigerent maritorum *servitutem*, & regnare vellent in  
suis diuitiis: Attamen facile etiam *contemptim* haberi mulie-

res, nullis prorsus bonis instructas, & mariti amore extingui, si pro oneribus matrimonii ferendis nihil quicquam leuaminis ipsi concederetur, imo facilius esse, mulieris dotatae, quam indotatae *vitiis* conuiuere, & tandem foeminas dotatas rei familiari tanto diligentius studere, quanto tutius ita *rem suam* conseruant, quotidiana docuit & adhuc testatur experientia. Cui autem adfectuum corruptioni & morum peruersitati vt mederetur & obuiam iretur, tacita consuetudine passim inductus creditur dotis dandae ritus & conditio, ex qua deinceps mulierum interesse coepit, vt *dotatae* essent *l. 71. §. 3. ff. d. Condit. & Demonstr. l. 2. ff. d. Jur. Dot.* Quum igitur successu temporis nemo vxorem *sine dote* ducere magnopere cuperet, & hinc, *dotatas* esse foeminas, vt masculi ad nuptias *legitimas* inuitarentur, & procreata sobole, ciuitates *liberis* replerentur, maxime esset necessarium, *l. 1. ff. Sol. Matrim.* Legibus opus fuit, quae & certas personas ad *dotis constitutionem* adigerent, & de *constitutatae incolumitate* disponerent. Sic apud BABYLONIOS aurum ex *speciosis* virginibus diuenditis conficiebatur, & in dotem dabatur *deformibus & debilibus*, Herodotus *l. 1. c. 196.* Sic iure ATHENIENSIVM foeminam, quae praterimonia carebat, *proximi cognari* ducere aut elocare tenebantur,

*Lex est, vt orbae, qui sint genere proximi,*

*his nubant: & illos ducere, eadem haec lex iubet.*

Terentius in *Phorm.* *a. 1. sc. 2. v. 76.* & qui muneri suo dederat, mille drachmis Junoni sacris multabatur, Demosthenes *Orat. adv. Macartatum.* Sic ROMANIS placuit, non solum dotes permitti, sed & earum fructu quam plurima contra juris communis regulas constitui, *l. 1. C. d. Rei vx. act. l. 3. & 6. C. d. Dot. promiss. l. 12. C. quin pot. in pign. §. 29. Inst. d. Action.* Sic ATHENIENSES Aristidis filias, aere collato, connubio locarunt, Plutarchus in *vid. Aristid.* Sic populus ROMANVS Caji Fabricii & Cn. Scipionis ac Ma-  
rii

rii Curii filias, quod ob tenuem rem familiarem pro natalibus nubere non possent, ex publico aerario dotarunt, Valerius Maximus *l. 4. c. 4.* Sic in Concilio ARELATENSI, nullum *absque dote* fieri debere conjugium, decretum, *c. Nul-lum 6, caus. 39. qv. 5.* Olim apud GERMANOS, quemadmodum apud EBRAEOS, dotem non vxor marito, sed vxori maritus adferebat, Tacitus *d. Sit. Morib. & popul. German. c. 18.* Schilter. *Exercit. ad. Pand. 36. ff. 68. vsque ad. ff. 75.* Receptis autem GRAECORVM & ROMANORVM iuribus, eorum quoque mores, relictis majorum institutis, comprobauimus. Postquam vero mulieribus *bonestis*, & quae sunt integrae famae, tam dura & grauis facta est nubendi conditio, nisi *dote* incedant statui & dignitati suae conuenienti, quo pertinent dicta Horatii *Lib. 3. Od. 24. v. 21.*

*Dos est magna, parentum,  
Virtus & metuens alterius viri*

*Certo foedere castitas:*

*Et peccare nefas, aut pretium est mori.*

& Nonni *Lib. 4. Dionys. v. 43.*

*Quid vrile est sine dote habere aliquem nudum conjugem,  
Extraneum, vagum, fugientem patrem?*

Eqquis sibi sociare adpeteret *indotatam* eam, quae, honestatis limites egressa, pudori non pepercit suo, & jam ab alio se vitari passa est? Commodè oculis nostris se offert lo-cus apud Aufonium *in Sent. VII. Sapient. in Bianie.*

*Quae dos matronis pulcherrima? nita pudica,*

et apud Plautum *in Amphitryone a. 2. sc. 2. v. 209.*

*Non ego illam mihi dotem duco esse, quae dos dicitur:*

*Sed pudicitiam, et pudorem, et sedatam cupidinem,*

*Deum metum, parentum amorem et cognatum concordiam.*

Speramus interim semper meliora, & obseruamus, quod, quae antea *impudicae* fuerunt, saepe postea *pudice* vitam suam transgentes vitia exuant, & ad frugem bonam redeant.

Quapropter illis quoque de matrimonio providendum. Cui autem magis haec cura incumbet, quam illi, qui, quod in matrimonio praecipuum est, *puccitiae* eripuit ornamentum, & nubendi conditionem reddidit deteriorem & villorem, licet non *difficillimam*, juxta illud Plauti in *Persa act. 3. sc. 1. v. 57. seq.*

*Tace stulta, non tu nunc hominum mores vides.*

*Quojusmodi? Hic cum mala fama facile nubitur.*

*Dum dos fit, nullum vitium vitio vertitur.*

& Juvenalis *Sat. 3. v. 140.*

*Protius ad censum. De moribus ultima fiet*

*Quaestio:*

Haecenus ergo, quia viciantis certe libido fuit, *inhonestam* cum vitiata habere consuetudinem; non male optio illi indulgetur, vt, nunc *honestam* habiturus, ipse illam ducat, & per conjugium honestatem restituat, vel si hoc renuendum putaverit, per dotationem faciat, vt alius ad matrimonium adiciatur. Atque ex his *iniquitatis* argui non videatur ea nonnullorum Doctorem opinio, quod & *maritus*, quamuis *tempore concubitus* vxoratus fuerit, virginem *viciatam* dotare cogatur, quoniam *hic* aequae, ac *solutus* & simplex stuprator, damnum intulit foeminae, eique reddidit nubendi occasionem difficiliorem.

## §. II.

*Quia  
tamen  
hacc opi-  
nio jure  
destitui-  
tur, ea no-  
bis vide-  
tur inju-  
sta.*

Verum enim vero, sicuti non omnia statim sunt aequa, quae aequitatis prae se ferunt imaginem, aequitati tum de- mum sit deferendum, quam ea nullam in contrarium patia- tur dubitationem; ita & hic munus *Legislatoris* ab officio *Juris-Consulti* probe venit separandum. Ac vbi *priori* ad aequitatem omnia reducendo, leges corrigere inte- grum est, *l. 13. §. 7. C. d. Iud.* ibi decet *posteriolem*, aequitatem legibus non adjutam, non curare, sed secundum leges *judica-*

dicare. Dum igitur modo recensita opinio *jure* destituitur, cum animo cogitauimus, illud in praesenti dissertatione rationibus confirmare. Vt autem *ordine* procedamus, primum *jura*, quae trahuntur in diuersum, recensemus & exponamus. Deinde tam eorum, qui, *virginem a marito vitiatam dotandam esse*, adserunt, quam aliorum, qui *idem* rectius negant, argumenta adducamus & expendamus, vt cognitis iis, quae vtrique adferuntur, adpareat, quaenam ex illis sint euentia & concludentia, & cui sententiae sit accedendum. Postremo de ea, quam nostram fecimus, illustranda, amplificanda, & praepiis corroboranda solliciti erimus. Cui instituto, vt DEVS, summus iustitiae sacerdos, tempus & vires concedat, suaque gratia adesse velit, est, quod supplices obsecramus.

Ordod-  
cendo-  
rum.

### §. III.

Initium faciamus a *jure DIVINO FORENSI*, quod fons est quaestionis nostrae. Nimirum *duae* in eo reperiuntur leges, quibus in ereptae virginis compensationem vel quasi, vitianti matrimonium, & interdum multa, *dos* dicta, eoque nomine soluenda, imperatur. Altera Exod. 22. v. 16. & 17. agit de *illecta*, seu illecebris stuprata; de *vi stuprata* altera Deuteron. 22. v. 28. & 29., quem *diuersitatem* non putamus *fictam* & *cerebrinam* cum Bruchnero *Decis. jur. matrim. controu. cap. 2. n. 14. p. 98.* Prior est, *si seduxerit quis* (sive *solutus*, sive *vxoratus*, ob permissam polygyniam; non tamen *sacerdos maximus* ob praepiis ducendi *vxorem* non, nisi *virginem integram* *Leuit. cap. 21. v. 13.* & *quidem unam* ex interpretatione Rabinorum, *Seldenus de Vx. Ebr. lib. 1. cap. 8. p. 39.*) *virginem* (*integram*, in qua inuenta sunt signa virginis, aut ex vestimento, aut ex linteo, super quo ambo cubuerant, *dijudicanda*; non *jam ab alio corruptam*, quia haec, si viro ignoranti nupserat, lapidibus obrueba-

Recensetur & explicantur praepiis *juris Divini forensis de virginum vitiatarum nuptiis, & vitian-tium mul-ta, dose dicta.* Alterum de *illecta.*

ruebatur, Deuter. 22. v. 20. & 21. Seldenus *d. Vx. Ebr. lib. 3. cap. 1. p. 228.* nec *filiam sacerdotis*, quia illa, in stupro deprehensa, flammis exurebatur, Leuit. *cap. 21. v. 9.* Seldenus *d. Vx. Ebr. lib. 1. cap. 16. p. 89.* *nondum desponsatam*, (seu non sponsam, nec uxorem alterius, cum quibus commissus vetitus coitus in viro, siue blanditiis siue vi vsus erat, ut & in consentiente foemina poena mortis puniebatur; at vim passa mortis rea non erat. *Voluntas* foemine, si coitus in domo patris vel oppido, vel vrbe; *dissensus* autem, si in agro, seu loco, ab incolis longe distito, factus, praesumebatur, Deuter. *cap. 22. v. 22. usque ad 27.*) *dormieritque cum ea*; (item extra incestum; in hunc enim poena mortis statuta, Leuit. *Cap. 18. v. 29.*) *dotabit eam & habebit eam uxorem.* (id est, *dote dotabit eam sibi in uxorem*, si ipsa scilicet paterque id vellet. Nam apud Ebraeos maritus uxori, antequam matrimonium inciperet esse, dotem, *ne aliter despecta ea minus leuiter & temere a marito diuortio*, quod licitum erat, *ejicretur*, constituere tenebatur, & dos *diuortio ejectae*, ut honeste se exhibere posset, comes erat, nisi ipsa ei contumacia, impudicitia sua &c. causam dederat, Seldenus *d. Vx. Ebr. Lib. 1. Cap. 16. p. 86. & Lib. 2. cap. 9. p. 117. & 118.*) *Quod si pater virginis* (illi eam) *dare noluerit*; (si *illegitam* adficiente patre is, qui vitiauerat, duxisset, nulla sequebatur multa) *reddet* (ponderabit, seu soluet, *patri* addunt Hellenistae) *pecuniam* (multam, veluti dotem virginales) *nomine virginittatis ereptae, & injuriae pretium*, eamque Rabbini, ut Josephus *Origin. lib. 4. Cap. 8.* aestimant *quingenta siclorum argentorum* ex altera lege, vid. §. *subseqv.* Seldenus *de Vx. Ebr. lib. 1. cap. 16. p. 84. & 85.*) *juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt.*

## §. IV.

Alterum Posterior Deuteron. 22. v. 28. & 29. audit, *Si inveneris de vi su- vir puellam virginem, quae non habet sponsum, & adprehendens prata,*  
(pro-



(pro quo substituunt Hellenistae: *opprimens*) *concupuerit cum illa, & res ad iudicium venerit; dabit, qui dormiuit cum ea, patri puellae quinquaginta siclos argenti,* (& haec mulctae a viro, siue *vi oppressam* vxorem duceret, nec ne, solvenda erat; vbi differentia inter *jam & illoctam*, qua *posteriori* ducta, vitians mulctae non erat obnoxius) & (si ipsa scilicet paterque id vellet) *habebit eam vxorem* (siue *coeca* esset illa, siue *clauda*, siue *leprosa*) *quia humiliavit* (vi compressit) *illam. Non poterit dimittere eam* (hinc non fit mentio ejus dotandae quia *vi compressa* diuortio nequibat ejici, & dos non, nisi diuortii causa, solita erat assignari. Vbi iterum discrimen inter *eam & illoctam*, cui *posteriori* libellum repudii mittere permissum, cui vero ductae dos, *cum matrimonio conjuncta*, etiam constituenda) *cunctis diebus vitae suae.*

## §. V.

Jam non immorabimur tricis interpretum, utrum (in *Atque §. III.*) recensitum juris Diuini forensis de *dote & nuptiis* haec praeceptum *copulate*, an *disjunctim* ita sit intelligendum, ut *praecedos* semper veniat praestanda, siue vitians ipse, siue vitiatum, siue ejus pater nuptias renueret; *nuptiis* autem vitians & *nisi ad vitiatum non, nisi vterque vna cum patre vitiatum, si quem ha-* *personar;* *beret, vellent, jungerentur.* His enim possumus supercedere, quamuis omnino cum iis, qui a verbis textus non recedunt, eorumque sensum genuinum, puta, ut vitians vitiatam *vna* dotare & *vna* ducere sit obstrictus, retinent, faciamus; inter Criticos sacros habemus consentientes *Vatablum, Carrwrightum in annotat. ad Exod. 22. v. 16. vt & Francisc. Junium in analyt. expl. Exod. p. 110.* Sed videamus modo, in *sola defloratione*, an adhuc in *alia causa* hoc praeceptum dotis fundamentum ponat. Et sane illud ad dotis effectum ejusmodi terminos, ut is, qui vitiatam *dotare* debeat, eandem *ducere possit*, praecise supponere, simulque vt ad

B perfo-

personas, quae tempore concubitus in matrimonio inuicem  
 viuere nequeunt, trahatur, prorsus respuere, ex ejus accu-  
 rata inspectione, aliis juris diuini forensis textibus in auxi-  
 lium vocatis, satis abundeque patet. Cur enim tantum de  
 virgine *non sponsa* disponit? Sine dubio propterea, quia  
*sponsa alterius cum vxore alterius* pari passu ambulabat, eam-  
 que vitianti vxorem ducere non licebat. Cur stupratori  
*violento* aeque ac *simplici* nuptiae injungebantur? Scias, quod  
 stuprum virginis non sponsae *violentum* tunc temporis (vti  
 hodie indistinctae, siue foemina vim passa sponsa sit, siue  
 non, Const. Crim. Art. 119.) morte non puniebatur, eique  
 vi stupratam vxorem ducere incumbabat. Cur vitiatæ *fi-  
 liae sacerdotis*, aut virginis, *per incestum stupratae*, nulla facta  
 est mentio? Certe ideo, quia matrimonium inter *neutram*  
 cum vitiante poterat constare. Cur inter *solutum & mari-  
 tum*, ac inter solutum, qui cum *una* & qui cum *pluribus* dor-  
 mierat, non distinguitur? Ratio est, quoniam polygynia  
 sub poena capitis (vti hodie Const. Crim. Art. 122.) non erat  
 interdicta, & tam solutus, quam maritus plures *uno tempore*  
 vxores habere non prohibebatur. Cur vbi de *dote*, ibi et-  
 iam de *nuptiis* est sermo? Respondetur, quia dos sine ma-  
 trimonio, quod divorcio suberat, esse nequibat. Cur patri  
 vitiatæ, vtrum quoad nuptias cum vitiante contrahendas  
*consentire*, an eas *renuere* mallet, erat integrum? Regerimus,  
 quia vitians vitiatæ *maritus* esse poterat. Cur denique *mul-  
 ta* juxta modum dotis, quam virgines accipere consueue-  
 rant, perfoluenda? Annon eam ob causam, quia vitians vi-  
 tiatam dote *sibi idoneam* vxorem dotare potuisset, censeba-  
 tur? Nec magistros seu Rabbinos laudatum præceptum  
 de aliis personis, quam inter quas matrimonium *non inter-  
 dictum*, intellexisse, euincit Seldenus *d. Vx. Ebr. Lib. 1. Cap.  
 16. p. 86.* Quae omnia ideo notare operae præctium visum,  
 quoniam a nobis dissentientes toti in eo sunt, vt vitiantem,  
 licet vitiatam vxorem habere non possit, tamen eam dotare  
 cogen-

cogendum esse, ex iure *Diuino forensi* etiam, nescimus, quo facto, arguant atque defendant.

## §. VI.

Progredimur ad jus *CANONICVM*, vbi, quod *Exod. Adducitur decretum Juris Canonici de vitiatu, a vitiate dotanda & vna ducenda, idque, ut ambo maritus & vxor esse possint, pariter require-re, ostenditur.* *cap. 22. v. 16. & 17.* est sancitum, eisdem verbis legitur repetitum in *cap. 1. X. d. Adult. & Stupr. Si seduxerit quis virginem nondum desponsatam, dormieritque cum ea; dotabit eam, & habebit vxorem. Si vero pater virginis dare noluerit; reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt.* Interpretes pro more hic etiam mire variant in expositione verborum: *dotabit eam & habebit vxorem.* Alii enim illa *alternatim*, vt aut dotet eam, aut habeat vxorem, intelligenda esse, omnibus viribus ostendere laborant; alii contra, eadem *copulate*, vt & dotet eam, & habeat vxorem, legenda esse, fatius ducunt, v. Aug. Barbofa *Collect. Doct. in lib. 5. Decret. tit. 16. d. Adult. & Stupr. cap. 1. verb. dotabit eam & habebit vxorem.* Prioribus quidem fauet *usus forensis*, quem commodiori occasione reseruantes (v. *infra §. XIV.*) nunc in medio relinquimus; posterioribus autem *sensus naturius* patrocinatur, quapropter eorum interpretationem & nos sequimur. Cum horum tum reliquorum verborum, secundum principia *juris Canonici* examinatorum, debitam curam acturis, *illud* aequae, ac *jus Diuinum forense* dotis rationem inire nullam, praeterquam in casu, *si vitians & vitiate tempore concubitus maritus & vxor esse queant*, facili negotio innotescet. Nam, quod primum ad vocem: *quis*: atinet, ea *maritum* complecti nequit, ob reprobatae polygyniam *cap. Gaudemus §. X. d. Diuort. Lancelottus Inst. Jur. Canon. lib. 2. tit. 12. §. 8.* Deinde verba: *virginem nondum desponsatam*: tam *sponsam* alterius, quam *nuptam* excludunt, propter vetitum cum iis matrimonium & in *vtramque* per concubitum committendum adulterium, *can. 2. §. 3. caus. 36. qu. 1. can. 4. caus. 32. qu. 4.* Zieglerus *ad Lancel. Inst. Jur. Can. lib.*

4. tit. 8. §. 1. verb. in nuptiam committitur. p. 984. Tum vocabulum: *noluerit*: quod patri, vtrum in nuptias filiae consentire, an ab iisdem dissentire malit, integrum esse debeat, satis perspicue innuit, quia  $\tau\delta$  *nolle* non, nisi de casu voluntatis & potentiae praedicatur, l. no. ff. de Condir. & Demonstr. l. 17. §. 7. ff. d. aedil. edict. l. 3. ff. d. R. J. ibique Gothofredus in not. Porro, quod quis eam, cum qua dormiuit, ex lege uxorem habere debet, & (vt maritus) eandem ex lege habere non possit, item, quod patri ex iuris concessione liceat matrimonium filiae cum vitante impedire, & rursus eidem patri eodem iure haec facultas (vt in marito vitante) sit adempta, ita inter se non cohaerent, vt vnum patiatur alterum liberaliter sub se comprehensum. Caeterum alia poena *stupri*, alia *adulterii* reorum est sancita, quarum igitur vna cum altera neutiquam commiscenda. Stupratori poenam, vt ducat & doret stupratam, propriam esse, & e diuerso *adulterum*, eumque *Laicum*, excommunicatione, *Clericum* autem depositione, vel *vtrumque* certae poenitentiae impositione coerceri, constans & communis interpretum iuris Canonici fert doctrina, conf. Lancelottus *Inst. Jur. Can. Lib. 4. tit. 2. §. 1. & 3.* & Ziglerus in not. *ibid.* Acqui maritus, si cum soluta concubuit, sine dubio non *stupri*, sed *adulterii* delictum perpetravit, *can. Nemo 4. caus. 32. qu. 4.* Ergo eum quoque *bujus* tantum, non *vtriusque* poena manebit, quia quaelibet poena suum debet tenere delicti auctorem. Tandem, si quis *stuprum* admiserit, multum interesse, tradunt Canonistae, vtrum is cum *muliere honeste viuente* rem habuerit, an *virginem* deflorauerit, & nequidem eum *priori casu* poenam dotandi & ducendi incurrere, sed saltem poenitentiae subditum poena pecuniaria multandum esse, contendunt, v. Lancelottus *de §. 3.* Multo minus itaque *maritus* adulter praeter poenam *adulterii* ordinariam *dotationis* multa erit affligendus. Accedit, quod *stuprator*, si ipse, patre consentiente, corruptam virginem uxorem ducere recusaverit,

rit, *ultra dotem* in corpore sit castigandus, excommunicatusque in monasterium ad agendam poenitentiam detrudendus, *Rubr. & Cap. 1. 2. X. d. Adult. & Stupr.* Lancelottus *Instit. jur. Canon. Lib. 4. tit. 8. §. 3.* Quae poena acerbitas ostendit, *substratam* non habere licentiam, conditionem *nuptiarum* remittendi, & alteram *dotis* tantum suam faciendi, sed illam omnino & principaliter matrimonio consummando insistere debere. Quod si enim id stuprate pro lubrico concessum, stuprator *dote praestita* absolueretur, & ad *ducendam* stupratam compelli praecise non posset, nec si hoc renuendum putauerit poena corporali affligi, & monasterio includi. Idcirco sua sponte fluit, textum juris Canonici de *vno casu, si solutus cum soluta concubuit*, non solum loqui tanquam de frequentiori, sed etiam alterum casum, *si maritus cum soluta rem habuit*, eundemque rariorem, prorsus a se removere, quippe, vt nuptiae inter vitiantem & vitiatam tempore concubitus constare possint, luculenter requirit.

## §. VII.

In iure ROMANO de controversia praestandi dotem foeminis vitiatas alium silentium. Relictio itaque iure diuino forensi & Canonico, quae pro substrata materia vim iura scripta doctrinae dissentientium e diametro quidem aduersari, nostrae autem sententiae nullum obstare, sed potius quodeunque jus eam corroborare, ad iura, quae in certis Germaniae provinciis vigent, festinamus. Inter ea maxime conspicuum est jus SAXONICVM ELECTORALE, in quo alternata obligatio, *aut ducendi, aut dotandi* vitiatam, est confirmata, licet istud non dissimulet, rectius agere stupratorem, si a se stupratam in matrimonium recipiat. Textus habetur in Constitutione Electorali XXVII. P. IV. ibi: *vitiatam*  
*Da eine ledige Mannes Person eine Jungfrau oder un-*  
*berüch-*

*dictum,  
dotis  
praestan-  
dae habet  
rationem.*

berückigte Witwe beschläßt, und er, (wie doch billig geschiehet,) dieselbe zur Ehe nicht nehmen will: So soll er sie ihres Standes und Herkommens nach *dotiren*. Hic, praeter *verba*, quae viro soluto dotis praestationem imponunt, nec non *verba*, quae volunt, in ejus potestate esse stupratam ducere vxorem, vel non ducere, itemque *verba* subsequen-  
tia: und er darüber mit zeitlicher Gefängnis gestraffet werden: quae, vt Serenissimus Legislator *animimum* saltem ad coercendum stuprum intenderit, confirmat, vrgemus dotis *rationem*, a sapientissimo Legislatore adjectam, scilicet, quia stuprator stupratae matrimonium denegat, ergo in ejus locum ei dotem suppeditet. Praesertim autem contendimus, quod, quando maritus rem habet cum *soluta*, id in Electoratu Saxoniae non pro *stupro*, sed pro *adulterio* reputetur, & in illud delictum poena gladii animaduertatur Const. *Elect. 19. P. IV. Et Ordinat. Matrim. d. Anno 1625. punct. 4. §.*  
Da einer. Quemadmodum igitur regulam pro nobis habemus, quod de jure Saxonico in delictis *reus*, quoties poenam *mortis*, vel *sanguinis*, seu corporis adficiuam patitur, toties in *restitutionem damnorum* nequaquam debeat condemnari: ita secundum eam, quod & in Electoratu Saxoniae *maritus*, si cum *soluta* concubuit, *ei* de dote, qua mediante *damnum* datum refarciat, & tollat nubendi difficultatem, prospicere non teneatur, judicamus; nisi contrarium dilucide probetur. Tantum vero adest, vt demonstrandae opinioni contrariae allegata Sanctio inferuiat, vt potius & *verba* & *mens* & *ratio* ipsius simul repugnent. Vnde, vbi ea non loquitur, nec nobis loqui conuenit, vbi ea non distinguit, nec a nobis distinguendum, nec a norma constituta recedendum, nihil exaudiendum, nihilque supplendum. Parum obstat, quod *eodem jure* statuta in maritum adulterum poena *mortis* ordinaria ad intercessionem conjugis sit remittenda, & perpetua relegatio substituenda, juxta *Constit. Elect. 19. P. IV.* Ex hoc enim, vt tunc ad *maritum* obligatio

gatio dotandi vitiatam sit proferenda, nondum sequitur, quia illud *remissionis* beneficium singulare *uxori innocenti*, vt matrimonium conseruaretur, concessum; non vero in fauorem *eius corruualis*, puta a marito vitiatæ, & vt adulterij, in destructionem matrimonij tendentis, correarum libido accepta dote, quasi re bene gesta, adhuc promoueretur, introductum. Dum etiam *intercessio uxoris* ad poenam fustigationis, quæ foeminae, a marito se vitari passæ, dicitur, mitigandam nihil proficere debet, secundum *d. Constit. Elect. 19. P. IV.* multo minus *ea* commodo vitiatæ, in dote a marito consequenda, cedere poterit.

## §. VIII.

Jus MAGDEBURGICVM dotis praestationem ita definit in Ordinatione politica *cap. 69. §. 1.* Da cine ledige Mannes-Person eine unberüchtigte Jungfrau oder Witwe beschließe, und ihr die Ehe dabey nicht versprochen hätte, deswegen er doch auf der Geschwängerten beständiges Vorgeben sich eyndlich zu reinigen schuldig; Soll er sie nach Gelegenheit ihres Standes und Herkommens dotiren, und sollen hierüber beyde mit Gefängniß oder einer Geld-Busse bestraffet werden. Quia maritus, si cum soluta concubuit, *eodem jure* neque capite plebitur, neque virgis caeditur, sed duntaxat in perpetuum relegatur, *Ordin. Polit. d. cap. 69. §. 5.* ea quidem juris Saxonici ratio, quod *rei persecutio* expiret *poena mortis* vel *sanguinis*, huc non quadrat; verba tamen, quibus vsus est legislator & quorum in causæ examine prima ratio debet haberi, sunt admodum clara, nec admittunt, vt ad *maritum*, ex quo foemina soluta grauida, extendantur. Nam ea de *soluta*, qui *matrimonium* promittere potuit, & de virgine vel vidua honeste viuente, quæ *hujus spe* in concubitum consensit, leguntur concepta. Sicuti vero istæ qualitates in *vitiata a marito*

*Nec jure  
Magde-  
burgico  
vitiata  
dotem a  
marito  
petere  
valet.*

*marito* deficiunt, & vbi aliquid deest ex legis requisitis, ibi ejus dispositio locum non inuenit: ita etiam ejusmodi viciatam ex jure *Magdeburgico* dotem a *marito* vitiante petere non posse, manifesto liquet; & quidem id eo magis verum adparet, quo magis Legislator in paulo subsequenteribus *§. §.* 5. & 7., in quibus tamen de verito coitu *mariti* cum *soluta*, item de concubitu cum *sponsa* agitur, nihil quicquam de dotatione harum personarum expressit, quare, *illas* dotandas voluisse, profecto non est praesumendus.

## §. IX.

Nec jure  
Branden-  
burgico,

Jure BRANDENBURGICO stuprator stupratam praecise ducere compellitur, Ordin. Consist. art. 62. Brun- nemannus *d. Jur. Eccles. l. 2. cap. 18. §. 26.* Et quum mariti bodie (vt olim v. supra §. I. & III.) dote sibi vxores dotare & ducere amplius non soleant: hinc factum, vt eodem jure stupro pollutae de dote non prouisum, & multo minus adulterio contaminatae, vtpote quae viciantis *conjug* fieri nequit.

## §. X.

Nec jure  
Wurtem-  
bergico,  
cum quo  
jus Frisi-  
ense ex  
parte con-  
uenit,

Jure WURTEMBERGICO, itemque in Frisia, vicia- tae, & quidem *virgini* tantum, non *viduae* ad persoluen- dam virginalem *solutus* tenetur, Nou. Const. Wurtemb. I. d. Anno 1586. §. 5. ibi: Das Kränzlein muß er bezah- len, so sie eine Jungfrau gewesen. Sande l. 2. tit. 1. def. 10. Lauterbach. Colleg. th. pract. Pand. lib. 48. tit. 5. §. 42. & 44. minime autem *maritus*, quippe jure *Wurtembergico* etiam a *marito* cum foemina *soluta* *adulterium* committitur, ita vt *reiteratum* in vtraque persona vltimo supplicio afficia- tur *d. Nou. Const. Wurtemb. l. §. 16. & 17.* Lauterbach. *d. Differ. jur. comm. & Wurtemb. tit. 19. n. 10.*

## §. XI.



## §. XI.

Jure LVBECENSI de dote virginis vel viduae vitia- *Nec dent- que jure Lubecensi.*  
 tae ita statuitur, *Lib. IV. tit. 5. ars. 1.* Würde ein Gesell  
 oder Wittwer beschlagen mit einer unberüchtigten erba-  
 ren Wittfrauen oder Jungfrauen, die bey ihren Eltern,  
 Vormunden, oder sonsten ehrlichen Leuten ist, und mit  
 denenselben zur Kirchen, Taffel und Scraffen gehet, und  
 er solches geständig, oder sonsten überwiesen würde; so  
 soll er sie zur Ehe nehmen. Wollte er aber das nicht  
 thun, oder die Eltern wollten sie ihm aus erheblichen  
 Ursachen nicht geben; so muß er die Geschwächte nach ih-  
 res Standes Gelegenheit, und wie ihre Eltern hätten  
 thun können, dotiren und begiffen. *Atque illud sta-  
 tutum saltem de casu, si solutus solutae stuprum intulit, si  
 eis nuptias inire liberum, sique stupratae parentibus illas re-  
 nuere licet, verba facere, contextus docet. Vti vero &  
 maritus non est solutus, & maritus in solutam non stuprum,  
 sed adulterium committit, & alia poena concubitus inter  
 maritum & solutam determinatur in art 3. tit. sequ. 6. Lib.  
 IV., & aliquid ibi de doris debito non repetitum, & hoc  
 statutum, alius cujusvis instar, intra terminos suos constrin-  
 gendum; ita in aprico est, nec jure Lubecensi maritum vir-  
 ginem vel viduam, a se vitiatam, dotare cogi, quum nec  
 eam ducere possit.*

## §. XII.

Inter doctores, qui virginem, a marito vitiatam, dotan- *Virginem a marito, esse cum eo sciens rem habuit, dotandam*  
 dam esse, adfirmant, primum locum occupat Modestinus  
 PISTORIS *Quaest. 127. n. 15. sequ. P. 3.* Vbi proposito casu,  
 si soluta cum vxorato sciens rem habuerit eam, etsi spe ma-  
 trimonii in concubitum non consenserit, nihilominus  
 C dotem

esse, adfir-  
mar M. Pi-  
foris.

dotem consequi debere, contendit. Prouocat ideo ad jus  
C nonicum *cap. i. X. d. Adult. & Stupr.* (v. supra §. VI.) &  
exinde pro adstruenda sententia sua duas format conclusio-  
nes, quae jam sequuntur. Primum inhaeret sensui litera-  
rum, vi cuius stupratori non *altrernatim* imponi-  
tur, vt *dotet aut ducat* stupratam, sed *copulatae*, vt eam  
nonici, vt *& dotet & ducat*; id quod in fauorem stupratae  
stuprator constitutum. Ex quo inferre videtur, maritum, licet in  
*& ducat* eo cesset vna obligatio, *ducendi* nimirum, tamen non liberari  
*& dotet* altera, *dotandi* virginam vitiam; pariterque hanc, *vno ac-*  
stupra- *ceptato, alteri* posse renuntiare, & quamuis nolit, vt *duca-*  
tam, *retur*, nihilo tamen secius petere non prohiberi, vt *dotetur.*

Item, vt Deinde fundamenti loco ponit, verba citati textus *electiue,*  
stuprator, vt stuprator *aut ducat, aut dotet* stupratam, accipienda  
ob patrii esse. Et arguet, non obstante, quod pater stupratori filiam  
stupratae stupratam in vxore dare *nolit*, adeoque stupratori hoc casu  
dissensum perempta sit *electio*, eum ad stupratam dotandam teneri.  
quoad nu- Mulco magis, adsumit, ipsamet etiam stuprata, siquidem nu-  
prias, do- bere stupratori *renuat*, erit dotanda. Nam *parris*, cuius  
tis debito principaliter non interest, *dissensu* quoad nuptias non impe-  
non libe- diente, quo minus filia sit dotanda; nec *filiae dissensus*, de-  
retur. cuius agitur conjunctione, multo minus *ejusdem scientia,*  
vitiantem sibi *maritum* esse non posse, tollet dotandi obli-  
gationem.

## §. XIII.

Juxta  
opinio-  
nem M.  
Pistorii  
dos quo-  
que adul-  
terae ma-  
ritatae  
conceden-  
da.

Dum igitur, vt plura in pauca conferamus, modesti-  
nus PISTORIS existimat, jure Canonico ad effectum dota-  
tionis ejusmodi terminos non supponi, vt is, quem vitia-  
tam *dotare* oporteat, eandem *ducere* non interdicitur: ni-  
mirum, cur non simul adulterae *maritatae* jus exigendi do-  
tem ab adultero adseruerit; quum *eodem jure* in adulteria  
simplicia & duplicata, inter *leuiora* crimina relata *cap. 4. X.*  
*d. Fu d i c.* nulla poena mortis statuatur, nec dos hodie possit  
con-

considerari tanquam pretium ereptae virginitatis, alias enim viduae stupratae non deberetur. An praeterea virginitatis signaculum sine carnali commixtione amitti queat, illud capcum nostrum superare, libenter fatemur, & curiosis de eo consulere licet Paul. Zachias in *quaest. medico-legal.* l. 3. tit. 2. qu. 1. & August. Barbofa *Collect. Doct. in lib. 5. Decret. tit. 16. d. Adult. & Stupr. verb. virginem.* ibique cit. Dd. Nolumus interim, quod ejusmodi signaculum in quam plurimis virginibus non detur, eamque ob causam id nihil omnino huc faciat, adseuerare cum B. Dn. Zieglero in *Nor. ad Lancel. lib. 4. tit. 8. §. 3. verb. quod si quis stuprum p. 987.* maxime, quia pro eis militat praesumptio *contrarii*, sumta ex Deuteron. 22. v. 15. & 17.

## §. XIV.

Sed cum Modestini PISTORIS ratiocinatione pri- *Sed M. Pi-*  
mum verba allegati textus juris Canonici, vt supra in §. VI. storis ra-  
fusus expositum, minime conueniunt. Deinde ille non tiocina-  
animaduertit, dispositioni ejus *copulatiuae*, vt vitiata & do- tioni ne-  
tetur & ducatur, *usu fori* vix respectu *soluti* solum esse po- que verba  
ruisse. Nam Pontifices Romani *eam* sunt mutati ex jure c. 1. X. d.  
*Ebraeorum*, qui sibi non, nisi data dote, vxores accipiebant; *Adult. &*  
ad quam constituendam mariti ipsis obligabantur, partim, *Stupr. re-*  
vt nimia diuortiorum licentia comprimeretur, partim, vt *spondent,*  
vxores diuortio eiectione haberent, ex quo viuerent & su- *neque an-*  
stentarentur, siquidem vxor, cui nuntius mittebatur, dotem *triqua ob-*  
retinebat praecipuam, v. §. III. & IV. At apud Germanos, *ligatio &*  
vt mariti vxores dote locupletarent, dudum in desuetudi- *dotis &*  
nem abiit. Et hodie dos, iusto matrimonio accedere soli- *nuptia-*  
ta, vt jam olim apud Graecos & Romanos, e bonis sponsae, *rum sub-*  
aut eorum, qui eam in viri commodum donant, proficitur. *uenit.*  
Imo diuortiorum *abusus* a Germanorum fide & constantia

semper fuit alienus, sicuti nec hodie regulariter ex alia, quam adulterii & maliciose desertionis causa, diuortium inter se & vxorem impetratur. Quid? quod haud raro eueniat, vt quis cum pluribus foeminis concubuerit, quas vno tempore vxores habere non licet. Quapropter, inita temporum & morum recentiorum ratione, generali consuetudine in ualuit & vbique (v. tamen §. IX.) in praxi, optima legum interprete, receptum, vt obligatio nuptiarum & dotis copulatiua in alternatiuam resolueretur, ita, vt stuprator stupratam non ducere, & vna dotare, sed vel ducere saltem, vel dotare coereretur, Groenewegen d. Leg. abrog. ad §. 4. Inst. n. 17. Berlich. P. 4. concl. 38. n. 7. Harpprecht ad §. 4. Inst. n. 91. Carpzov. Jurispr. Confist. Lib. 2. tit. 14. def. 229. n. 7. Jurispr. for. P. 4. Const. 27. def. 1. n. 6. Pract. rer. crim. P. 2. quaest. 68. n. 8. Lauterbach. Colleg. rbeor. pract. ff. ad L. Jul. d. Adult. coerc. §. 42. Bruchner. Decis. jur. matrim. controu. cap. 2. n. 13. Ziegler in Nor. ad Lancel. Instit. jur. Canon. lib. 4. tit. 8. §. 3. verb. dotata virgine p. 987. Stryk. vif. mon. ff. ad L. Jul. d. Adult. coerc. §. 20. ibique cit. Dd. Rebus autem ita comparatis, iudicio aliorum submittemus, vtrum controuersia nostra ex pristina dotis & matrimonii conjunctione, quae, si non ad nunquam recepta, certe ad abrogata pertinet, sit decidenda. Id quae nobis valde incongruum videretur.

## §. XV.

Haec autem perpetua obligationi rerum alternatiuae, ex lege immediate descendenti, (v. infra §. XXI. inest natura, vt, quum reo alterutrius competat electio, illi inuito ab actore non tollenda, (sed actor, id intendens, simpliciter petendo, quod non nisi disjunctim petere valet, exceptione, quod plus petat causa, a limine iudicii merito repellatur.) etiam

Et obliga-  
tio nu-  
ptiarum,  
aut dotis  
hodierna  
dotem a

etiam de *actore* aliter non veniat iudicandum, quam quod iure agendi plane sit destitutus, quando petitum *alternatiue* formare in ejus viribus positus non cernatur. Sicuti igitur in applicatione ad praesens negotium *stuprator* vices *actoris* lubit, *stuprator* vero rei partes sustinet, & hic non duntaxat, vt *doter*, sed, vt *aut* ducat, *aut* *doter*, est obstrictus, ita *illa* dotem tantum sibi dari oportere, intendere nequit, quia eo modo *stupratori* eriperet *utilitatem* electionis, & *suam* quidem conditionem meliorem §. 37. *J. d. Action.* Quibus de principiis eo minus ambigere nobis licet, quo magis *luculentus* eorum usus in foro, etiam in adlato casu, sese exeret. Constat enim in iudicis potestate non esse, *stupratorem* cogere, vt *praecise* ducat *stupratam*, *Damhouder. in pract. crim. cap. 92. n. 6. seq. nisi* is matrimonio tempore concubitus *stupratae* promiserit, *Meuius ad jus Lubec. lib. 4. tit. art. 1. n. 4. & 5. ibique cit. Dd.* (& promittere potuerit) sicque favori suo electionis renuntiaverit (& renunciare potuerit.) Ergo hoc non facta, deficiente *nuptiarum* vel *dotis* electione, integra quoque actio, omnique in ea parte dispositio evanescit. Quod si vero a *solutio* *vitiata* contra *eum*, praeterquam in casu, si salvum sit *ipse* commodum electionis, prodita actione *alternatiua*, ad *nuptias* aut *dotem* consequendam, experiri nequit; multo minus a *marito* *vitiata*, utpote in qua *impedimentum nuptiarum impetendarum* notorium, *dotis exigendae* fundatam habebit intentionem, conf. ill. *Dn. Berger in Elect. proc. matrim. §. 8.* vbi in casu simili *praejudicia* inuenies.

## §. XVI.

Porro *Modestinus PISTORIS* ab eo, quod *stuprator* *stupratam* dotare debeat, licet eam *vxorem* ducere *parris* *dissensu* impediatur, ad id, vt similiter ad dotandum sic obligatus, quamvis *lex*, implemento *matrimonii* *viam* intercludat, *Nec argumentum M. Pistoris, a patris dis-*

*sensu ad legis prohibitionem dum etiam concludit.* dar, validum non ducit argumentum. *Patris enim dissensu filiae stupratae non admittit facultatem, stupratorem conueniendi alternatue, vt aut ducat, aut dotet; at lex, vbi nuptias prohibet, ibi nec admittit earundem, vel dotis perceptionem. Pater etiam ex indole processus dissensu suo tunc demum solet interuenire, si filia dictam actionem alternatiuam contra stupratorem instituerit, & sic stuprator non ipse, sed patris ceu tertii cuiusdam facto nuptias eligere impeditur; Lege autem nuptiis repugnate, omnino foeminae vitatae dolo, si sciuit, vitiantem tibi maritum esse non posse, & culpa, si dicit, se illud nesciuisse, concurrat, quominus vir earum, aut dotis electionem possit obtinere. Patris demum dissensus iudicis examini est obnoxius, & non, nisi iustis causis fultus, nuptiis officit, hinc quoque tempore concubitus est dubius & incertus; at legis prohibitionibus simpliciter standum, nec in compendiis, vbi versamur, foeminae prodest, illas ignorasse l. 8. ff. d. iur. & fact. ignor.*

## §. XVII.

*Uno patris & filiae, nuptias renuentium, eadem non est ratio.* Caeterum patris & filiae stupratae, quoad nuptias cum stupratore dissentientium, eandem cum Modestino PISTORIS non inuenimus rationem, propterea stupratori, sicuti in casu, si pater ei filiam nuptum dare nolit, ita quoque si ipsamet filia nuptias filias renuat, onus dotandi indistincte debeat renuere. Quippe nuptiarum, aut dotis auxilium non patri, sed filiae latum, vnde quidem filia illud missum facere potest, sed pater non item, maxime in filiae praeiudicium. Stuprata etiam jus nuptias, aut dorem a stupratore exigendi pro singulari legis beneficio agnoscere tenetur, quod autem ei iniurare non est obrudendum.

## §. XVIII.

*Maritus adulter,* Haec possunt sufficere objectionibus Modestini PISTORIS, ex iure Canonico depromtis, resoluendis. Tandem is recur-

recurrat ad *aequitatem*, & opinionem suam ideo praefere-  
 rendam esse, autumat, ne maritus, *stuprum* exercens, sit me-  
 lioris conditionis, quam solutus. Verum enim vero in ma-  
 ritum, si cum soluta concubuit, hodie cadere non posse *supra-*  
*toris* denominationem, manifesti & aperti juris est. Ethic,  
 qui capite plectitur, aut cujus tergum *virgis* laceratur, aut  
 cui ad minimum *perpetua relegatio* dicitur, (quae poena-  
 rum genera *maritum*, si cum soluta rem habuit, exspectant,) detrimento-  
re absolu-  
tus, non-  
dum me-  
lioris sit  
conditio-  
nis stu-  
pratore.  
 meliori loco haud ponitur, mitiusque tractatur, quam ille,  
 qui saltem dat poenam *carceris* octo vel quatuordecim die-  
 rum, aut *multam* carceri proportionatam, (qualis poena so-  
 luto, si solutam compressit, imponitur,) etiam si *posteriori* poe-  
 nae obligatio *ducendi*, aut *dotandi*, superaddatur, quae huic  
 non adeo intolerabilis esse potest. Ad *ducendum* enim stu-  
 prator nullibi fere (vid. tamen exceptionem *supra* §. IX.)  
 simpliciter cogitur, & detrimentum *honorum*, ex quibus  
 dos stupratae debita, sumitur, facile licet reparare: At ja-  
 ctura *vitae* est inaeestimabilis, nullo pretio, nulla mercede  
 redimenda; *flagellorum* ictus sunt indelebiles, & posteros  
 infamiae cuiquam subjicientes; *relegationis* denique poena,  
 qua quis ignominiae causa fines patriae exire, ab iis perpe-  
 tuo abesse, & a suis, qui ipsi bene cupiunt, & egeni auxili-  
 um praestant, relictus vitam in obscuro miseram agere ju-  
 betur, deprehenditur tam acerba, quam quae cum satisfac-  
 tione dotis, quae pecunia tollitur, minime comparanda.  
 Nec iis poenarum generibus, quae vitam non auferunt,  
*mariti adulteri* crimen terminatur, sed ipsi praeterea *diuortii*  
*periculum* subeundum, & metuendum, ne *praesentis* matri-  
 monii commoditatem non modo profundat, sed etiam in  
 postera plura sibi incommoda attrahat, vt forte ab omni  
 honestarum foeminarum consortio exclusus, a contrahen-  
 do *novo* matrimonio & percipiendis inde dependentibus  
 variis emolumentis penitus arceatur. Cujusmodi malorum  
 mole *stuprator* haud grauat.

§. XIX.

## §. XIX.

Modestini  
Pistoris se-  
quitur  
Berlichii  
us, firmio-  
ri ratione  
hand in-  
structus.

Modestini Pistoris vestigiis insistit BERLICHIVS  
P. V. concl. 38. n. 3. his verbis : *Imo, quod plus est, stuprator,*  
*etiamsi tempore stupri maritus & vxoratus fuerit, nihilominus*  
*dotare tenetur, etiamsi liberam facultatem, alterum eligen-*  
*di, & puellam ducendi non habeat.* Quum vero ille praeter  
eam, quam petiit ex Modestino Pistoris, ne scilicet maritus  
melioris sit conditionis soluto, & quod Scabini Lipsienses,  
referente eodem auctore, ita responderint, nullam nobis  
suppeditet jam agitati adseri sui rationem : hinc eum in  
Mod. Pistoris auctoritate & fide acquieuisse, ejusdem vero  
argumenta, vt quidem debuit, non indagasse, liquido adpa-  
ret. Nec operae pretium esse videtur, vt figmentum me-  
lioris conditionis, quam memorati scriptores prae stupra-  
tore soluto penes adulterum maritum, dotis praestatione li-  
beratum, deprehendere credunt, denuo detegamus ; si-  
quidem illud veritati e diametro repugnare, ex praecedenti  
§. nisi nos omnia fallunt, sufficienter cognoscetur.  
Non igitur tam auctoritatibus hominum atque exemplis,  
quam rationum firmitate est confidendum, nec, quis, sed quid  
dicat, considerandum.

## §. XX.

Majori quidem pondere nobis occurrere videtur cui-  
us summorum suae aetatis virorum prudentia & probita-  
te par ZIEGLERVS Decis. 14. illat. 7. p. 79. qui dotationem  
pro poena non habet, sed eam, quod sit restitutio conditionis  
nubendi, per vitium illatum ablatae, vel saltem difficilius red-  
ditae, definit d. h. ante illat. praec. 1. Atque ex his maritum  
(quia hic virgini per coitum damnatum dedit, & nubendi  
con-



conditionem *difficiliorem* reddidit;) ab *ea* ad id, vt *dammum* *bendi*  
 istud refarciat, & quod abstulit, per dotis constitutionem, *conditio-*  
 (qua adjuuante allicuidam viro honeste elocari possit,) restitu- *nem red-*  
 at, jure conueniri posse, concludit. Verum, si *praemissa* paulo *didit dif-*  
 accuratius intueamur, *ea* huc vix adplicari posse, aduerti- *ficilem, ad*  
 mus, & sic inde deducta eadem facilitate negantur & reji- *dotem sit*  
 ciuntur, qua adseuerantur. Quis enim nescit, nulla *obstri-*  
 expressa *maritum*, vt dotet stupratam, adstringi, & a jure *ctus, exa-*  
*diuino forensi*, quo polygynia licita (v. *supra* §. V.) ad jus *minatur.*  
*hodiernum*, quo illa prohibita, minus recte argui? Quem  
 latet, *stupratae*, dotem a *stupratore soluto* exigere, contra ju-  
 ris communis regulas permissum esse? siquidem alias *dam-*  
*ni* nomen non meretur, quod quis *sua culpa* sentit, & ex  
*delicto* nemo conditionem suam potest facere meliorem;  
 itemque inter delinquentes socios & *vnus delicti participes*,  
 (quales sunt *stuprator & stuprata*,) aequali animaduersione  
 dignos, *vnos* non habet aduersus alterum actionem. Quis  
 ignorat, tantum abesse, vt exorbitantia in *consequentiam* sint  
 trahenda, vt potius tanquam *exceptionis* a regulis non, nisi  
 regulas confirmant in casibus non exceptis? Quem fugit,  
 foeminis stupratis ideo potissimum succurri, quia stuprato-  
 res inuitu *speratarum nuptiarum* admisisse censentur, propte-  
 reaque *meretrices* & cum quibus stupratores de *certo pretio*  
 conuenerunt, ab hoc juris beneficio cohiberi? Cui igno-  
 rum, foeminam, si stupratorem maritum esse *seiuerit*, vel  
 facile *scire potuerit*, (de quo casu agit de hac Alma optime  
 meritis Zieglerus,) euincere non posse, quod sub *spe futura-*  
*rum nuptiarum* conceperit; sub *spe lucri pecuniarii* vero li-  
 bidini cum aliis, inprimis maritis, aditum patere, nefas esse?  
 Quem tandem praeterit, eum, qui virginum vel vidua-  
 rum vitia *latentia cum corporis*, quod sint membrs non in-  
 tegris, sed laceratis, item, quod sint scabiosae, hircosae, vi-  
 tio

tio vesicae collectos humores non retinentes, &c. tum *animi*, quod sint fanaticae, lunaticae, praeter modum cupidae, auarae, iracundae, contumaces, &c. propalat, & diffundit, earum nubendi conditionem *perquam difficilem* reddere, nec tamen propterea dotis oneri fieri obnoxium? Quae omnia praestantissimi Ziegleri opinionem satis infringunt, ejusque rationem nec *uniuersalem* esse, nec ad *maritum* quadrare, ostendunt.

## §. XXI.

*Deficiente  
conditio-  
ne nubendi,  
totam  
actionem  
ad nuptias  
aut dotem  
exstingui,  
defenditur.*

Praetera beatus Dn. ZIEGLERVS *d. Decif. 14. illat. 7.* citat regulam juris, quod in *alternatiuis* sufficiat, *alterutrum* adimpleri, *Cap. In alternatiuis 70. d. R. 7. in 6.* Qua fretus declarat, quod ab extinctione *electionis liberae* non liceat argumentari ad extinctionem *totius obligationis*. Et infert, quantumvis stuprata contra *maritum* ad se ducendam aut dotandam agere nequeat, & *marito* hoc casu *electio* nuptiarum aut dotis sit adempta, eum tamen stupratam dotare compelli. Melioris probationis causa vir egregius *d. l. illat. praeced. 3.* addit *l. 55. ff. ad L. Aquil.* verbis: *quem necesse habeo dare, l. 20. §. 6. ff. d. jur. dot.* ibi: *sed si res non extet, aestimationem omnimodo praestabit l. 16. ff. d. Verb. Oblig.* ibi: *reliquum debetur mihi a te. l. 95. §. 1. ff. d. solut.* ibi: *quod si promissoris fuerit electio, defuncto altero, qui superest, aequae peti poterit.* Cum quibus, si vis, conjungi potest, *l. 2. §. 3. ff. de eo, quod certo loco dari oportet.* Sed rursus haec argumenta ad *maritum* adulterum vix, ac ne vix quidem pertinent. Vbi enim hic habemus *alternatiue* uel *disjunctive* factam rerum *promissionem*, de qua in citatis textibus sermo? Nos eam non inuenimus. An etiam vnquam in potestate *mariti* fuit, se ad *nuptias* aut *dotem* stupratae obligare? Illud  
nun-

nunquam in *ejus* arbitrio fuisse, nullus negabit. Annon e contrario stuprator *ex lege immediate* obligatus est ad ducendam stupratam? Id habemus in concessis; Ergo non amplius in dubium vocanda erit inde dimanans conclusio, quod nimirum, non subsistentibus *ex lege nuptiis*, *rosa* exspiret legis de *nuptiis* atque *dote* dispositio. Et haec memoria digna notanda est differentia inter obligationem alternatiuam, *ex lege immediate* proficiscendam, & eam, quae est *ex conuentione*. Ne sine lege loquentibus nobis sit erubescendum, tuto prouocamus ad *l. 1. §. 13. ff. Si quadrup. paup. sec. dic. ibi: Plane, si ante licem conestaram decesserit animal, extincta erit actio.* Actio autem: *Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur*, datur ei, cui ab alterius animali, nulla alicujus culpa concurrente, contra naturam sui generis damnum illatum est, aduersus dominum animalis ad id, vt vel *damnum resarciat*, vel *animal*, quod nocuit, *noxae dedat pr. Inst. eod.* Vides ergo exemplum, quod reus, ad alterutrum *ex lege immediate* obstrictus, extincta *alterutra parte* obligationis alternatiuae, v. g. extraditione animalis, a *tota obligatione*, licet damni aestimationem praestare, in *ejus* viribus sit positum, absoluat. Et habes causam absolutionis in *textu* legis, cum quo secure nauigabimus, nec opus erit, vt *ejus rationibus* inquirendis immoremus. Simili modo itaque, quia iam ante licem conestatam *matrimonium* cum *marito* adultero fuit *res mortua*, ad *nuptias* vel *dotem* actio contra eum non habebit locum. Qui forte vna lege non contenti aliam desiderant, euoluant haud grauatim *l. 39. §. 4. ff. de noxal. action.* vbi, admoniti de eo, quod dominus olim *actione noxali* valide conueniretur, at *damnum* a seruo illatum *resarciendum*, vel seruum *noxae dedendum l. 1. ff. eod.* illum, *mortuo seruo*, antequam iudicium acciperetur, omnino hac *actione* non teneri, plenius conuin-

centur. Idem reperitur in casu, si venditor se laesum esse putat, & querelam ex l. 2. C. d. rescind. vend. instituit aduersus emptorem ad id, vt vel emptor suppleat, iusto pretio deest, vel, si hoc facere recusat, quod ipsam rem emtam restituat. Quod si enim res empta apud emptorem perit, sine tamen ipsius dolo vel culpa, illum conueniri amplius non posse, ex eadem, quam supra attulimus, sequitur racione.

## §. XXII.

*Modestini Pistoris sententiam quoque amplectitur illustr. Dn. Bergerurratione minus euidenti.* Addit sententiae Modestini Pistoris calculum quoque suum illustris Dn. BERGERVS *supplem. ad elect. Proceff. matrim. p. 151. seqv. & maritum adulterum stupratam per alterium, eamque, siue virginem, siue viduam, dotare cogi, verius esse arbitratur.* Quamuis vir eximius argumentum cap. 1. X. d. adul. & stupr. quo inprimis innititur Modestinus Pistoris, minus tutum inueniat, quia, vt ejus verbis vtamur, hodiernis moribus *arbitrio* stupratoris permissum, *ducere* is stupratam, an *dotare* velit, quod vix sit, vt eidem pro *lubitu* stupratae *adimi* queat; Attamen ipse in hanc racionem, quod adulter, quum virginem vitiat, sibi met ipsi arbitrium *ducendi* demat, atque adeo se simpliciter ad eandem obliget *dotandam*, descendit, eaque tanquam praecipua, vt Modestini Pistoris exemplum imitari non dubitauerit, se commotum fuisse, profiteatur. Verum nihil videmus nobis obstare, quo minus inuertamus hanc racionem, & quod virgo, quum a marito se vitiari patitur, sibi ipsi conditionem *nubendi* auferat, vel saltem difficiliorem reddat, atque adeo maritus ad *dorem* eidem porrigendam non sit obstructus, regeramus. Ad quod replicandum etiam sequentibus, quae supra jam sparsi ingesta sunt, adducimur. Aut enim virgo tempore stupri commissi *sciuit*, stupratorem maritum esse;

esse; aut illud *nesciuit*. Priori casu ejusmodi virgo, vel quasi, *spe matrimonii*, cum marito contrahendi, est destituta, & sic concubitus non, nisi *libidinis explendae* causa admisisse, imo se aeque turpiter, ac ista, quae vitam agit *meretriciam*, & quaestum corporis facit, gessisse, *occasionemque* crimini dedisse, potest praesumi. Quum etiam illa, quae stupratori pro certa mercede corpus prostituit, jure dotem exigendi *exitat*; quanto magis haec, quae cum marito concumbens se sinit *adulterio* contaminari, juri suo dotem petendi, si quod habuit, (nam saltem permissuum fuisset) censetur renuntiasse. Objicienti forte, quod renuntiatio, facta a virgine in vno e. g. *nuptiis*, non inducat extensionem in aliud e. g. *dotem*, non displicebit perpendere, ei ne quidem a soluto *utrumque* postulare licitum esse, nec tunc illam *alterutrum* optione gaudere, sed *electionem* stupratori competere; oppositam autem regulam, viro illustri nobis indulgente, fallere, ubi *utrumque* non sit in *debitoris obligatione* & *creditoris petitione*; eamque inprimis hic non procedere, quum *nuptiae* inter virginem & vxoratum *ex lege* subsistere nequeant, nec non *earum* aut *dotis* petitionem natura actionis & facti impossibilitas respuant. *Poeriori* autem casu silentio non praetereundum, quod ignorantia *juris* hic apud virginem vel viduam stupratam non veniat consideranda; nec ignorantia *facti*, quam adhibita debita diligentia euitare potuisset, ipsi, quoniam *versator* in facto *illicito*, ad *lucrum* dotis *captandum* prodesse queat. In omnem etiam euentum (quum non solum ad *stupratam*, sed etiam ad *stupratorem*, siue matrimonii cum stuprata *secundum leges* capax sit, siue minus, & quae diuersa eum *poena* pro diuersa hac qualitate maneat, respiciendum,) virginem vel viduam, stupratorem *vxoratum* fuisse, *ignaram* sibi gratulari oportet, quod propter hanc *facti ignorantiam*, quae

tamen non praesumenda, sed ad minimum jurejurando ejus probanda, poenam adulterii effugiat, quam procul dubio lueret, si eadem non excusaretur. Querimus deinde, an quis sibi aliquid possit adimere, quod non habuit? Certe marito arbitrium ducendi virginem, quam adulterio polluit, nunquam fuit integrum, ergo, illum eo se privasse, non concludit. Supponit etiam ratio viri inclyti, quod leges, quibus dotem a soluto vitiatæ dari jubetur, non repugnent a marito vitiatæ & ab eo dorandæ. Sive autem jus Divinum & Canonicum, quæ jura hac in materia vim juris communis obtinent, sive jura Germaniæ provincialia & localia inspiciamus; ad vnum omnia a dote, foeminis, per adulterium stupratis, præstanda, abhorrere, offendimus, v. supra §. III. seqv. Licet tandem in medio relinquamus, leges dotis rationem inire non tam propterea, quod interfit vitiatæ, quam propter poenam vitiantis, & concedamus, adulterum omnino majori poena dignum esse, quam stupratorem; inde tamen non est consecrarium, vt adulteris præter poenam adulterii poena stupri sit infligenda. Potius verum manet: sicuti delictum gravius minus; ita & poena major absorbet minorem. Haec sunt, quæ salua tanti Viri, encomio nostro longe majoris, existimatione, cujus memoria in hac quoque Academia nunquam erit intermoritura, obferuare, occasio tulit.

## §. XXIII.

Doctores, qui virginem, a marito vitiatam, dorandam  
 E contra- esse putant, recensuimus. Pedem mouemus ad eos, qui  
 rio dote, contrarium adfirmant. Inter eos emicet CARPZOVIVS  
 vitiatæ Prax Crim. Part. II. qv. 68. n. 66. seqv. & Jurisprud. for. Rom.  
 præben- Sax. P. IV. Const. 27. def. 2. Fallitur tamen vir celeberrimus  
 da, mari-  
 mus

mus primum studio conciliandi sibi dissentium opinionem  
 ita, vt, eam de iure Canonico subsistere posse, arbitretur *d. mit Carp-*  
*def. 2. n. 8. de qua re supra §. VI & XIV. actum.* Deinde *zovius.*  
 ipsius argumentum, quod sicuti *dotario* subrogata sit in lo- *Qui ta-*  
 cum *matrimonii* quando *stuprator* id cum *stuprata* contrabere *men falli-*  
*renuit*, ita etiam *cessante matrimonio*, dum scilicet *maritus* vi- *tur cum*  
 tiam vxorem ducere nequit, *cesset dotario*, quia & hic subro- *opinio-*  
 gatum sapia naturam eius, cui subrogatur, *d. qu. 68. num. 72.* mi- *nem con-*  
 nus accuratum videtur. Res enim *posterior* subrogata (*dos*) non *trariam*  
 intelligitur, nec cadit in obligationem rei *prioris* (*matrimonii*) in *concilian-*  
 cui subrogatur, nisi res illa *prior*, (*matrimonium*) in obligati- *do, tum*  
 onem potuerit deduci. Quando vero *marito* de nuptiis dissen- *axioma*  
 tire vnquam licuit, in eas consentire nunquam non *prohibitus?* *de subro-*  
 Quum igitur inter *maritum* & *stupratorem*, cui *posteriori*, utrum *gatis ad-*  
 nuptiis adnuere, an eas renuere malit, vti quidem *priori*, non *plicando:*  
 est ademptum, longe diuersa intercedat ratio, & illud, quod  
*cessare* debet, necessario *existere* oportuerit: dictam illatio-  
 nem, qua *Carpzovius* vtitur, a casu nostro alienam esse,  
 elucet, siquidem hic *nihil* existisse, vel extare potuisse, sci-  
 mus, in *cujus* locum *aliud quid* subrogare valuissemus. De  
 Caetero autem *CARPZOVIVS* eo intuitu, quod in *Electo* *Idem ve-*  
 ratu *Saxoniae maritus*, cum *soluta* rem habens, *dotare eam* *ro in Con-*  
 non teneatur *d. qu. 68. n. 7.* recte se fundat in *Const. Elect.* *str: Elect.*  
*XXXVII. P. IV.* quia illa *stupratori* iungit, vt vel ducat, *27. P. IV.*  
 vel dotet *stupratam*, atque adeo supponit, foeminam *vitia-* *recte se*  
 tam talem esse, qualis *vxor* possit duci, consentit *in simili* *fundat,*  
 ill. *Dn. Berger Elect. Proc. Marrim. §. 8.* Cui constitutioni si  
 jungamus praecedentem *XIX. de P. IV. & Ordinat. Mar-*  
*trim. d. Anno 1625. punct. 4. §.* Da *einey*, vbi concubitus  
 mariti cum *soluta* capite punitur, nec oblitus simus, quod  
 poena *mortis* aut *corporis* iure *Saxonico* soluat *damni dati*  
 reparationem, *Decis. 86. Carpzovius Prax. Crimin. P. II.*  
*qu. 80.*

*Esusque ratio, quod a marito scienter vitiata damnum sua culpa sentiat, notari non mereatur.*  
 qu. 80. n. 114. conf. ill. Dn. Bergerus *Elect. Jurisprud. Crim. c. 2. §. 8. n. 1.* positionem *soluti* in allegata Const. Elect. XXVII. P. IV. esse *mariti* exclusionem, eamque de *soluto* loqui hac sententia, ut *maritum* remoueat, perspicuum est, v. supra §. VII. dissentit ill. Dn. Berg. *Supplem. ad Elect. Proc. Matrim. p. 152.* Ac vltima Carpzouii ratio, quod foemina, *scienter* marito vitiata, damnum *sua culpa* patiat, & sic non habeat, de quo conqueratur, dum non minus in reatu versetur, quam maritus, (conf. *in simili* ill. Dn. Berger. *Elect. ad Proc. Matrim. §. 8.*) firmo nititur talo, nec a *culpa*, eaque gradu *majori*, quae penes adulterum est, qui virginem pellexit ad coeundum, ad *dotis praestacionem* licet argumentari, quoniam adulter ob *culpam majorem* subit etiam *poenam majorem*, vid. supra §. VI. & VII. & quod gradus culpae praecise dotis satisfactione sint coercendi, nobis ex legibus non constat, dissentit ill. Berger. *Elect. ad Proc. Matrim. p. 153.*

## §. XXIV.

*Fure quoque communi maritum a dotatione liberari, vult Marianus Socinus.*  
 Fide habita Modestino Pistoris P. III. *quaest. 127. n. 15.* Carpzouio *Pr. Crim. P. II. qu. 68. num. 70.* & Mevio *Comm. in Jus Lubec. L. IV. tit. 5. art. 1. n. 9.* in eadem sententia, quod scilicet *de jure communi* maritus virginem *a se vitiata* dotare *nequaquam obligetur*, est Marianus SOCINVS *in cap. 2. X. d. Adult. & stupr.* Quem vero, quum laudatum ejus commentarium properantibus nobis ad manus habere non licuerit, bona pace dimissum, ejusque rationes in suo loco positas volumus. Conuertimus igitur nos ad DAMHOVERIVM *Prax Crimin. cap. 92. n. 7.* vbi teste Carpzouio & Mevio *ad. loc.* cum ipsis facere dicitur. Verum, citato loco lecto & perlecto, cum non *de nostra*, sed *alio* plane casu



casu differere, ac, quod *stupratam* contra *stupratorem*, ut se *sum praeducat vxorem*, aut dotet, *ante ipse cum alia inritum & consentiente. tractum matrimonium*, sub jactura actionis experiri oportet. *rigisse.* at, eundem ibi tueri, videmus. De qua re, quid nostri sit *Nam agit* animi, obiter scire cupientibus sumus explicaturi. Inter *de eo, vbi sum & nostrum casum* haec potissimum habetur *differentia, stuprator quod obligatio ex lege expressa, qua stuprator ducere cum alia stupratam, aut dotare tenetur, illico & cesserit & ve nuptias nerit post stuprum commissum, adeoque inde acquisitum contra. Quem* *xit. Quem* *tunc do-* *stro* *autem casu, vbi quaeso haec obligatio ex lege expressa, tatione non libe-* *vbi hoc jus foeminae quaesitum? Quod ibi vir & foemina non libe-* *concurrentes tempore concubitus in matrimonio viuere vari, con-* *potuerint, & sic vir, post illatum stuprum cum alia matri tra cum* *monium, vel quae ejus loco habentur, sponsalia contrahens, statui-* *sibi ipse potestatem libere eligendi abstulerit; hoc non item mas.* *in casu nostro. Quod ibi porro cuius stupratori per alias nuptias occasio euadendi & poenam aut actionem eludendi pateat; hoc pariter non accidit in casu nostro, quapropter stupratorem per alienum matrimonium dotatione non liberari, salua thesi nostra adserere non veremur. Consentient nobiscum supra laudati Carpzouius *Jurisprud. for. P. IV. Const. 27. def. 3. & Meuius de loc. n. 10. item Berlichius Par. V. Concl. 38. n. 34. Zieglerus Decis. 13. p. 61. & Lauterbach. Colleg. rheor. pract. ff. ad L. Jul. d. Adult. §. 43. p. 1204.**

## §. XXV.

Tandem decidendae nostrae quaestioni haud inseruit *Alius do-* *ea ex jure Romano a nonnullis arcessita ratio, quod vbi nec tis conce-* *vir, nec vxor, nec matrimonium intelligatur, ibi nec dotis ex. ptus jure* *actioni locus sit, §. 12. J. d. nupt.* *Nam dos jure Romano si Romano* *ne matrimonio esse non poterat, L. 3. ff. de Jur. dot. nec vn. alius bu-* *quam* *ius loci.*

E

quam ab extraneo (vt & a patre filiae *locupletz* Huberus *Praelect. ff. d. jur. dot. f. 4.*) nisi promissa, & securis nuptiis debeatur, quum dotis constitutio tacitam semper conditionem contineat; si nuptiae sequantur *L. 21. ff. d. jur. dot.* Contra stuprata dotem a stupratore & sine discrimine, vtrum diues, an inops sit, & absque conuentione ex lege immediate, & absque matrimonio, & ideo, quia illud cum stupratore non sequitur, accipit, eamque, licet extra omne conjugium moriatur, nihilominus ad beredes suos transfert, Stryk. *vs. mod. ff. ad L. Jul. de adult. coerc. f. 20.* Ex quibus saltem videre est, ex iure Romano, etiam si illud nuptiis contra legum praecepta forte initis, dotem petere prohibeat, *d. f. 12. f. d. Nupt. l. 4. C. d. incest. & inur. nupt.* casum tamen praesentem dextre non posse dijudicari, v. supra *f. VII.*

## §. XXVI.

*Distin-* Haecenus satis multa scripta sunt de sententia aliorum, *guntur* nunc pauca de nostra addamus. Controuersiam, quae ventilatur, nullo iure *casus vir-* *latur*, nullo iure *ginitis vi-* *latur*, nullo iure *vel sponte* *communis* igitur principia, per se iuuantia, nec, in eisdem ad singulas causas applicandis, noua semper legislatoris iussione egentia *Nec i. pr.* recurrere nos oportet. Priusquam vero ad ea perueniamus, distinguendi sunt casus sequentes. Primum virgo aut volens & parum reluctans a marito est vitata, aut iniura & reluctans. Deinde ea, quae sine vi & manu illata cum vitante concubuit, aut tempore concubitus sciuit, eundem uxorum esse, aut illud nesciuit. De casu, si virgo volens & sciens a marito vitium est passa, tanquam frequentiori, Doctores vnice quidem differunt, v. supra §. XII. seqv. & §. XXIII. seqv. Qui tamen eiusmodi virgini dotem, a marito praestandam, tribuunt; multo magis erga talem, qualis, vitantem maritum esse, ignorauit, vel ab eo vi subacta est, liberales erunt, eamque dote donabunt. Quo contra eorum sententia, qui

*Distin-*  
*guntur*  
*casus vir-*  
*ginitis vi-*  
*vel sponte*  
*vitatae,*  
*ejusque*  
*scientis*  
*vel nesci-*  
*entis con-*  
*jugium*  
*vitantis.*

qui maritum, a virgine *volente & sciente* admissum, dote eximunt, in reliquis casibus, si ab eo vitiata *vi compressa*, vel qualitatis maritalis *nescia* fuit, inclinēt, nobis non licet diuinare.

## §. XXVII.

Atque, ut virgini, *sua sponte & scienter* a marito vitium passae dotem largiri nequeamus, inter alias rationes his potissimum commouemur: quod *dotatio*, utcumque eam consideremus, non sit vera *damni* restitutio, quia *damni* appellatione non venit, quod quis, *culpa sua* concurrente, sustinet, *l. 203. ff. d. R. §.* sed potius adsumat naturam *lucris alicuius*, itemque *adulterium* inter *delicta*, eaque grauiā, hodie connumeretur, iura autem omnia conspirent, ex *delicto suo* neminem conditionem suam debere reddere meliorem, *l. 134. §. 2. ff. d. R. §.* pariaque *delicta*, quatenus *privatim & pecuniarie* interest, mutua tolli compensatione *l. 36. ff. d. Dolo. l. 10. §. 2. ff. d. Compens. l. 39. ff. sol. matrim.* Nec refert, quod *stuprum*, quamuis sit *delictum*, nihilo secius sequatur *dotis emolumentum*. Hic enim habetur *exceptio*, partim *lege* probata, quae confirmat regulam in non expresse exceptis, partim in *ratione* admitti concubitus sub spe futurarum nuptiarum fundata, quae hic cessat. Alia forte objectione nobis occurrent, quod dos, a vitiante *vitiatae* praebenda, surrogetur in locum eius dotis, ad quam *ei* constituendam *parentes* tenebantur, atque adeo ad *lucrum* non pertineat, haud graue erit perpendere, a *stupratore* adquisitam dotem aeque, ac illam, a *parentibus* profectam, in bonis parentum *stupratae* hereditariis diuidendis *collationi* non subiacere, praetereaque onus *alendi* infantem stupratori incumbere. Ex quibus, *stupratam* hac dote accepta utique fieri *locupletiore*, conspicitur.

## §. XXVIII.

Accedimus ad casum, si virgo *sua sponte* sese vitiari permittens tempore concubitu *nesciuit*, vitiātem matrimonio *jam* *itidem ea*,

Summa  
rationum,  
cur volen-  
ti & scienti,  
se a ma-  
rito vitia-  
ri, dos non  
competat.

Argumenta,  
quare  
jam  
itidem ea,

quae  
praeten-  
dit, se-  
sciuisse,  
vitian-  
tem mari-  
tum esse,  
non sit do-  
tanda.

jam deunctum esse. Et hic nolenti ipsi cum *marito* rem ha-  
bere injuria fieri videtur, dote eam indignam judicando, eam-  
que loco deteriori ponendo quam a soluto stupratam. Ad  
enim vero praeter eas, quas in §. *praecedenti* attulimus, con-  
tra virginem, viciantis conjugii *ignoram*, sequentes pugnant  
rationes. Prima est, quod *ignorantia* conditionis ejus, cum  
quo factum contrahitur *illicitum*, etiam si juuet ad *leniendam*  
poenam, nunquam tamen profit in *lucro captando*, ne diffi-  
mulatione culpabili nefanda delinquentium licentia corrobe-  
retur. Deinde putamus, quod ne hic quidem vitiata *igno-  
rantiam* qualitatis mariti *acerrimam, non adseclatam, insimul-  
tamue* (quae alias, quaeat obtendere, siquidem illa, experi-  
endi potestate non destituta, in eam qualitatem inquirendo &  
indagando *potuit & debuit* eandem habere notam, atque  
adeo jam commemorata ignorantia, quae potius nomen *cras-  
sae negligentiae & nimiae securitatis* meretur, eo minus sit au-  
dienda. Porro vrgemus, quod tunc, si *dotis exactioni &  
praestationi* locus esse debeat, ex inueterata consuetudine re-  
quiratur, vt foemina vitiata, quae dotem praetendit, ad se  
*ducendam vel dotandam* agere & vir vitians, a quo dos petiur,  
*alterutrum* (certe ab initio §. *XXIV.*) eligere possit. Sicuti ve-  
ro a *marito* vitiatae, siue *expersuerit* ejus conditionis, siue non,  
*hoc modo* libellum suum formare non integrum, & *parimodo*  
viciantem maritum condemnare, in iudicis potestate non est  
positum; ita *maritum* & in praesenti casu dotatione absoluen-  
dum esse, exinde sequitur. Postremo instamus, quod dotis  
praestationem a *marito* non, nisi ob turpe ipsius factum postu-  
lare liceat, & sic magis ad *istum*, quam ad vitiatam ab *eo*, sit re-  
spiciendum. Dum igitur *dotatio* ex dispositione legis *supro* sal-  
tem, non *adulterio* conuenit, & *maritus*, ad foeminam *solutam*  
prolapsus, non *adulterium & stuprum simul*, sed *adulterium*

tundaxat committit, (quia ex uno facto illito plura non oriuntur delicta, quamuis plura facta turpia interdum unicum absoluant delictum, quidquid in contrarium dicat Carpzovius *Pr. crim. P. II. quaest. 68. n. 67.*) hinc & ipse maritus poena saltem adulterii adficiendus, & *dotatione*, tanquam cum poena stupri conjuncta, est eximendus, nam *duplex* poena ob unum delictum non est irroganda, vel certe *plurimum* delictorum poenis nemo adflicendus, sed poena *major* consumit *minorem*.

## §. XXIX.

Supereft, vt de virgine, *quae a marito vi subacta est*, loquamur. Quum hoc casu *maritus* contra fas & contra diuinam atque humanam religionem aliquid fecerit, virgini autem *vi vitatae* nihil quicquam illiciti imputari possit, eaque pudicitia sibi per vim illatam erepta, *damno* intolerabili absque vlla culpa in se haerente adsecta sit; aequissimum quidem esse, notamus, vt ejusmodi raptor in omne id, quod virginis *interest*, condemnetur: Vtrum vero haec *satisfactio* in *dotis*, quae *stupratae*, ad nuptias aut dotem consequendam agenti, a *stupratore* debetur, justam veniat comparisonem, illud est, quod versatur in disceptatione. In verbis possumus esse faciles, eamque forte ideo *dotem* etiam nominare, quia interdum accelerat nubendi occasionem, & ad onera futuri matrimonii eo melius sustinenda conducit. Interim tamen *illa* aequae, ac *dos*, eidem contradistincta, & *stupratae*, de qua sermo, *persolueda*, in compensationem denegati matrimonii non datur, nec adeo *prior* cum *posteriori*, quia ejus definitioni non respondet, est aequiparanda. Atque nobis non erit vitio vertendum, quod pro re nata, nec dotem *per vim vitatae* a marito praestandam esse, statuamus, ad id adserendum eo magis adducti, quo magis *divitem* tantum foeminam vxorem cupienti quodlibet nouum foeminae bonorum *augmentum* sit nouum eam ducendi *momentum*, & sic adquisitio ex quocunque

Rationes,  
cur vi vi-  
tata a  
marito  
satisfac-  
tionem,  
dotem ta-  
men non  
voca-  
dam, con-  
sequatur.

titulo, siue oneroso, siue lucratiuo, dos esset dicenda; vxorem autem e contrario *virtute*, cum venustate conjuncta, *apprime conspicuam* sibi potissimum oprans vitiatam prae aliis ob dotem, admodum exile virginitatis amissae adiumentum, non sit electurus.

Monitum  
de quac-  
sione do-  
tis cessan-  
te.

## §. XXX.

Ad haec intermittere non possumus, quin moneamus, quod frustra quaeratur de dote virgini, a marito vi, vel sine vi vitiatæ, quando maritus propter crimen suum *morte* punitur, vel ei *fustigatio* dictatur, & vbi simul poena capitalis vel corporis afflictiua *collit* satisfactionem priuatam, sicuti regulariter obtinet jure Saxonico, v. *supra* §. VII. & XXIII.

## §. XXXI.

Referun-  
tur prae-  
judicia,  
quae sunt  
in parte  
dissenti-  
entium.

Quamuis denique *praejudicia* collegiorum juridicorum sequi, eorumque auctoritate niti, consilium esse videatur periculosum, quia in his modica saepe diuersitatis *facti* magnam inducere potest *juris* diuersitatem; attamen, vt partim nullus dubitet de *usu* ventilatae quaestionis *forensi*, partim, vt praejudiciis, quibus *dissentientes* freeri sunt, praejudicia opponamus, eorum, quae *utrinque* recitantur, mentionem fecisse, non erit superuacaneum. Ita in contrariam sententiam respondisse Dnn. *Scabinos Lipsienses*, refert Mod. Pistoris P. III. *quaest.* 127. n. 18. quem sequitur Berlichius P. IV. & V. *concl.* 38. n. 35. Ita *7 Cros Vitembergenses* pronuntiasse M. Dec. 1656. ad consultationem Michael Kayser's zu Burg, motos inprimis, quod ibi loci ex statuto adulterium *simplex* multa tantum *pecuniaria* vindicaretur, Alemannus in *palaestr. consultat.* 1. *rat. decid.* 4. p. 23. memoriae prodidit B. Dn. Zieglerus *decis.* 14. *illat.* 7. p. 71. Ita etiam *collegium Facultatis Francofurtensis* in causa Annen F. contra Heinrich P. ad interrogationem derer *Freyherrlichen Schulenburgischen Bezichte zu Liebenrofa* M. Jul. 1703. sententiam tulisse, eamque, inter-

interposita leuteratione, deinceps a *judicio prouinciali inferiori Lusariae* confirmatam fuisse, commemorat ill. Dn. Bergerus *Supplem. ad Elect. Proc. matrim. p. 153.*

## §. XXXII.

Haec fuerunt in parte Dnn. *dissenientium*; videamus *Et in altera nobiscum consentientium.* Atque Dnn. *Scabinos Lipsienses* quotidie in casu concubitus *marizum consentientium.* cum soluta commissi, cui ad intercessionem conjugis poena adulterii ordinaria remittitur, maritum a *dote* absoluere, firmat responsis, numero septem, *Carpzouius Prax. Crim. P. II. quaeft. 58. n. 74.* Ita quoque causam decidere, visum fuisse *Frctis Virembergensibus M. Febr. 1711.* si scilicet puella, vitiantem maritum esse, sciuerit, recenset B. Dn. Beyer. *Tit. 7. d. publ. judic. post. 41. lit. 9. p. 280.* Qui praeterea ipse *d. l. vna cum Meuo in Comment. in Jus Lubec. lib. IV. tit. 5. art. 1. n. 9.* nobis adstipulatur. Imo Harpprecht. in *Comment. ad §. 4. 7. d. publ. Judic. n. 91. verb. vel, quia stuprator est maritus. & Wefenbecius ad tit. ff. ad L. Jul. d. Adult. n. 21. verb. Caeterum si is, qui ducere nequit, puta maritatus, stupret.* nobis persuadent, se pro nostra causa sensisse.

## §. XXXIII.

Quod si virgo, a marito vitiatam, dotis petitionem vsque ad ejus vxoris *mortem* differat, eaque secuta contra illum ex-  
periar, vt vel nuptias celebret, vel dotem praestet, quaeritur, an voti sui compos fieri, & exoptatum finem consequi debeat? Quia *tempus* non est modus inducendae obligationis, nec *euentus*, sed *principium* cuiusque rei spectandum, atque ab initio inter maritum & ab eo vitiatam *matrimonium* subsistere non potuit, nullo temporis tractu firmandum; negatiuam sententiam merito amplectimur. Idem est dicendum, si virgo a marito vitiatam factum ejus cum vxore *diuortium* expectet. Nec enim tunc maritus ad illam ducendam, vel dotandam poterit compelli.

## §. XXXIV.

## §. XXXIV.

*De vidua*  
*vitata,*  
*parratione non*  
*dotanda.*

Quae igitur iusta sint circa dotationem *virginis*, a marito vitatae, audiuius. Eadem ad *viduam* pertinent, quum non minores subsint rationes, cur nec ei a marito vitatae dos sit praestanda. Quod vero iure *Diuino forensi* Exod. 22. v. 16. 17. & Deuteron. 22. v. 28. 29. in fauorem *viduae* nihil de dote expressse fuerit dispositum, vel ideo contigisse videtur, quia superstites fratres praedefunctorum fratrum *viduis* prolem gignere iubebantur, Deuter. 25. v. 5. *sequ.* & sic casus stupri, ab illis perpetrati, non facile crebroque dabantur.

## §. XXXV.

*De sponso,*  
*clerico,*  
*Et c. qui*  
*vitiant,*  
*non do-*  
*tantibus.*

Ac ea, quae de *marito* tradidimus, merito etiam in *spon-*  
*so* & *clerico*, & quocunque alio viro, cum quo matrimonium inire *legibus* prohibitum, adprobamus. Hinc etiam inter personas *solutas*, quibus ob *sanguinem* aut *adfinitatem* nuptiae sunt interdictae, dotis exactio locum non habet, nisi forte excepto vnico casu vbi illae ex ignorantia *facti* contra leges coierunt, & sic ex vtraque parte simplex stuprum, quod *putatum* vocant, commiserunt.

## §. XXXVI.

*Conclusio.* Nulli quidem dubitanus, circa praesentem materiam adhuc permulta occurrere posse, disquisitione, eaque accuratori, digna; Sed nimis longum foret, exacte omnia persequi, quae adhuc desiderantur. Temporis, in aliis laboribus consumendi, ratio postulat, vt ab vltiori discussione atque illustratione abstinentes finem dissertationi imponamus. Nihil itaque reliquum est, quam vt *B. L.* rogemus, velit hisce pagellis contentus, in iudicando fauore suos dignari. Si qua forte ipsi minus arriserint, ea partim festinanti calamo, partim imbecillitati nostrae tribuet. Nos vero cuncta, quae aliquo modo vtilitati inferuire poterunt, gratiae diuinae acceptum referre, non obliuiscemur.



Wittenberg, Diss., 1715


ULB Halle

005 390 001

3







B.I.G.

Farbkarte #13



STATIO IVRIDICA  
 DE  
 E VIRGINI  
 TO VITIATAE  
 RAESTANDA  
 Q V A M  
 O. M. ADNVENTE  
 AESIDE  
 O CHRISTIANO  
 INELLER  
 ESS. PVBL. CVRIAE PROVINC.  
 T. SAX. ET FACVLT. IVRID.  
 DSESSORE  
 IA VITEMBERGENSI  
 MBR. A. R. S. MDCCXV.  
 L. Q. C.  
 CE DEFENDET  
 KE VVOLLERS  
 BREMENSIS.  
 MBERGAE  
 A SCHEFFLERIANA  
 Recusa 1742.

2  
 171  
 96

(5)

